

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Statuta Ruralis Capituli Linzgoviensis

Marquard Rudolf <Konstanz, Bischof>

Constantiae, 1699

Caput IV. De vitae morum honestate nec non fraterna charitate

[urn:nbn:de:bsz:31-129236](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129236)

vitæ exemplaris conversatione exor-
nare satagant, unicéque studeant, ut
maturè domum remeare possint, ne
cura pastoralis in absentia illorum di-
spendium patiatur.



Caput IV.

*De vitæ morum honestate,
nec non fraterna cha-
ritate.*

Qua vitæ puritate, morum gra-
vitate, ac modestiæ, sobrieta-
tis, & continentiæ exemplo,
cæterarumque virtutum splendore
Regalis Sacerdotij dignitatem illu-
strare, populumque nobis commissum
ad virtutis studium, pietatem, & Dei
cultum provocare debeamus, hortan-
tur

ty nos tum
2. tit. 1. ab o
fratribus sapi
ac studiosissim
sitationum
sertim ultim
plura salutar
sta quem pr
cij menore
commissis
verbi Divi
re ac mo
summeque
lac juniorib
fillent, cæ
munia etia
necessitas p
titer obean
Divino Ele
tem habet,
pro ovibus
cunctis fund
persuadean

tur nos tum Statuta Synodalia , part.
2. tit. 1. ab omnibus ac singulis Con-
fratribus sæpius legenda , perlegenda,
ac studiosissimè observanda , tum Vi-
sitationum Generalium recessus, præ-
sertim ultimus de Anno 1696. qui
plura salutaria monita suppeditat, ju-
xta quem proin omnes Pastoralis offi-
cij memores non solum ovibus sibi
commissis cœleste Sacramentorum ac
verbi Divini pabulum debito tempore
ac modo ministrent sed salutare,
summeque necessarium Catecheseos
lac junioribus singulis Dominicis in-
stillent, cæteraque omnia pastoralia
munia etiam cum vitæ periculo, ubi
necessitas postulat, constanter & for-
titer obeant. Nemo enim, teste
Divino Elogio, majorem charita-
tem habet, quàm qui animam ponit
pro ovibus suis, sibi que omnes in-
cunctis functionibus à Christo dictum
persuadeant: *in omnibus operibus tuis*

præcellens esto Eccl. 33. Doctrinæ & verbis correspondeant opera , ut sic luceat lux nostra , ut subditi videant opera bona , & glorificent Patrem nostrum , qui in cælis est.

Rubricas, Ecclesiæ cæremonias accuratissimè observent , omnem singularitatem, consuetudini Ecclesiæ contrariam, fugiant, ornatùm , ac decorem domûs Dei singulariter sibi recommendatum habeant. Quotidie se ipsos ac proximum perficere conentur , & ut in effectu præstent , mentali & vocali oratione, lectione spiritualium librorum, nec non Theologiæ moralis , ac maximè Statutorum Synodaliû studio quotidie incumbant.

Hinc à Capitulî nostri Confratribus prorsus alienam esse volumus omnem vitæ ac morum dissolutionem, scandalosam potandi , ac comessandi consuetudinem , publicorum hospitiorum frequentationem , reddituum
Ec-

Ecclesiasticis
ninus, quam
vestium luxu
num habitu
num familia
loquia, se
jurandi con
tentiones, &
nostrum de
procul ex
dem Ang
sumus ad
stus etiam le
cile conting
num est) et
lati agni sa
frequenter
accedamus
tiamus quot
quando cum
Cum dile
fit perfection
sequacium,

Ecclesiasticorum dissipationem, non
minùs, quàm execrabilem avaritiam,
vestium luxum, Clericoque indig-
num habitum, spectarum persona-
rum familiaritatem, Choreas, turpi-
loquia, scurriles jocos, Blasphemias,
jurandi consuetudines, rixas, & con-
tentiones, & quidquid tandem statum
nostrum dedecet, à Capitulo nostro
procul exulet. Quia verò gratiâ qui-
dem Angeli, naturâ autem homines
sumus adeo fragiles & infirmi, ut ju-
stus etiam septies in die cadat, ita fa-
cilè contingit, nos, (quod huma-
num est) errare, ne tamen immacu-
lati agni sacrificio polluti assistamus,
frequenter ad pœnitentiæ lavacrum,
accedamus, &, ut monet S. Greg. fa-
ciamus quotidie rationes, quas ali-
quando cum Deo habebimus.

Cùm dilectio proximi vinculum,
sit perfectionis, & genuinum, Christi
sequacium, signum, juxta divinæ ve-

ritatis effatum : in hoc cognoscent omnes,
 quia discipuli mei estis, si dilectionem ha-
 bueritis ad invicem. Ioan. 13. Eapro-
 pter Confratres huius Capituli pacem
 & concordiam inter se foveant, &
 conservent, lites & contentiones fu-
 giant : homo enim perversus excitat rixas
 Prov. 16. Nullus proin alterum,
 quacunq; de causa sine præscitu De-
 cani, cujus est discordantes concor-
 dare, in jus trahat, qui secus fecerit,
 2. florenorum ad Cameram applican-
 dorum pœnam subeat. Nullus alteri-
 us famam, vel honorem injusta qua-
 dam æmulatione lædat, nec mordaci
 lingua, aut scurrili dictione alterius
 defectus aut imperfectiones crimine-
 tur, sed potiùs fraternè moneat, aut,
 (quod meliùs) Decano corrigendum
 indicet.

CA-

...

De Ch
 firm

O M

Confra
 tem tunc
 bunt, si e
 tularibus
 poris in
 proin vi
 tur, ac n
 tis provid
 vita migr
 me vicini
 functi ha